ut Præceptori animum fidelis inſtitutionis memorem probarem, & verum eſſe vulgatum illud Comici; *Quod bonis benefit beneficium: ea gratia gravida eſt bonis;* reapſe confirmarem; amicorum etiam quorundam, ad editionem hanc maturandam, adhortationi ſatis facerem: non tantùm ea, ex Elementis Artis Chymicæ, quæ nondum Latinè proſtabant, candidè interpretatus ſum; ſed etiam ipſemet multa, pro eâ facultate, quam Author, in literis ſuis, Mihi conceſſit ampliſſimam, correxi; & inſigne, cùm notarum maximè neceſſariarum; tùm præparationum, uti rariſſimarum, ita nobiliſſimarum, auctariū pro meo erga ſtudioſos hujus Artis affectu benevolētiſſimo, ex penu meâ depromtum, & pluribus aliis floſculis ſpagyricis, ſi laborem hunc meum, Chymiatris & aliis, gratum acceptumq́; eſſe cognôro, olim, bono cū Deo, exornandū, adjunxi.

 Cur